

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1438

Autre(s) référence(s) : Fauroux 12

Auteur(s) : Richard II, Normandie (duc)

Bénéficiaire(s) : Hildebert, Le Mont-Saint-Michel, Le Mont Saint-Michel (abbé)

Genre d'acte : diplôme

Authenticité : non suspect

Datation : 1009

Lieu d'émission : Rouen

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Richard II désigne Hildebert comme abbé du Mont-Saint-Michel, à la requête des moines et de l'abbé Mainard, devenu trop âgé.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 12, p. 85-86.

Indications

Huynes Jean, *Histoire générale de l'abbaye du Mont-Saint-Michel au péril de la mer*, publié pour la première fois avec introduction et notes par Eugène de Robillard de Beaurepaire, Rouen, Le Brument-Métérie (Société de l'histoire de Normandie), 1872-1873, 2 vol., t. 1, p. 152. Haskins Charles Homer, *Norman Institutions*, Cambridge, Harvard University Press, 1918, p. 59, n. 291.

Texte établi d'après a

In nomine summe atque eximie Trinitatis, Ricardus Dei dispositione princeps et marchio totius Neustriæ provinciæ cunctis religionis christiane fidelibus. Quicquid pro sanctæ religionis observantia atque stabilitate plebis a Deo nobis delegatae ordinantes fieri disponimus, aut disponendo justiciæ semitam incidentes gerimus, magnam ex hoc nobis a Deo retributionem ad futuram speramus, nam considerantes sarcinam curæ episcopali debitam atque clericorum conversationem sanctam necnon monachorum ac sanctimonialium religiositatem nostræ subditam excellentiæ dignitatis, magnopere studemus in his rebus disponendis divinæ voluntati ob capacitatem nostri intellectus minime contraire velle, si enim, pro non bene gestis, tolerari nos impunite consideramus a Deo, multo magis retribui nobis mercedem pro bene factis speramus ab ipso, et quam inter multiformia presentis sanctæ ecclesiæ instituta, excellentiores pie conversationis gradus obtinet monasticæ ordo religionis, dignum censui vestræ intimare presentiæ, quia accesserit nostram almitatem contio sancti agminis coenobii magni ierarchi cælorum Michaelis bene provida suæ salutis, exposcens sibi patrem institui de suis, sicut premonstrat oportune debere fieri descriptio regularis, cuius si quidem petitio, quoniam senissimo patre spirituali ejusdem coenobii Mainardo nomine adhuc superstite agitur, minime debet videri incongrua : pastoralis et enim curam sollicitudinis quam idem memorabilis senex proficere nequit viribus propriis, subrogati sibi laudabiliter exposcit

complere adjutorio fratris. Unde nos, per consultum episcoporum ac nostrorum nobilium virorum maxime que prememoratorum monachorum rogatu, necnon insuper prevalente jam dicti senis memorabili petitione, preponimus predicto coenobio venerabilem virum Hildebertum, juvenili evo floridum sed acumine vivacis ingenii preclarum morumque maturitate gravidum, preferentes igitur virum privilegio micantem divino omnis venerationis cultu monasterio expetendo, magnopere commendamus servis Dei ibidem Christo famulantibus eidem obsequendum, quia et nos talem illis, ut credimus, cui merito obsequi debeat preferimus. Ut autem hec electio rata et inconvulta permaneat propria manu eandem astipulari censuimus.

Actum Rotomagum, anno ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi. M°. VIII^o., indictione .VII., regnante Rotberto rege Francorum, anno .XXmo++.